





ICONES  
 ARTIFICIOSÆ, VE-  
 RÆ ET ACCVRATÆ, PRÆ-  
 CIPVARVM INSVLARVM, CIVITA-  
 TVM, FLVVIORVM, POPVLORVM, ET RERVM  
 cæterarum, in nauigatione ab Hollandis visarum, obseruatarum, gesta-  
 rumque: Cum delineatione necessaria peregrinarum nau-  
 um, auium, & barbarorum quorun-  
 dam rituum.

SINGVLIS ꝑ CONIBVS SVA SEORSIM  
*explicatio & interpretatio subdita est, ut lectoris ita captui  
 consuleretur.*

QVÆ OMNIA SEDVLA INDVSTRIA ET DI-  
 ligentia accurata in æs incisa & edita sunt.

à

IOHANNE THEODORICO ET IOHANNE ISRAELE DE BRY  
 fratribus.



FRANCOVRTI,  
 ꝑ MPRIMEBAT MATTHÆVS BECKER.

A N N O

M. DCI.





ICONES  
ARTEFICIOSA  
AETATIS PRAE  
CIVITATIS  
TAM ET VIVORUM POPULORUM ET TERRARUM  
CUM ANTIQVARIIS REBUS HOLLANDIAE, OBSEA, SIBERIAE  
TRAPICUM, AETHIOPIAE, INDIAE, REGNI SERRAE  
CUM ANTIQVARIIS REBUS  
SACRATAE COMITATUS  
CIVITATIS  
OMNIA SEPTIMA  
HOLLANDIAE



SACRATAE COMITATUS  
CIVITATIS  
OMNIA SEPTIMA  
HOLLANDIAE


TRAHENTIA  
MONTIUM  
SIBERIAE  
SIBERIAE

In  
1710  
Ins.  
mn  
ab  
ct





I.  
 DELINEATIO INSVLAE DO  
 CERNE, ALIAS MAVRITIVS DICTÆ.



Ins. cygnæa Lusit. a nostris Mauritijs no-  
 mine indigita, sita ad 21.º gradum  
 ab Equinoctiali Meridie[m] versus inuenta  
 et detecta Decima octava die mensis  
 Septembris anno 1598

**I**NSVLA ab Hollandis Mauritius, alias Do Cerne dicta, literis ABC. hoc modo desi-  
 gnatur. A. Insulae aditus. B. Arbores palmarum sylvestrium, ab Hollandis ibi sata, pro  
 nauibus deinceps illis appulsuris. C. Asterisci hi omnes breuia, sub undis latentia, desi-  
 gnant. D. Parua Insula est, ex qua nuce[s] Indicas attulerunt. E. Riui salsi sunt, ad quos pis-  
 catus gratia nostri excurrerunt, ubi vim piscium tantam vno iactu captarunt, ut retis  
 rupturi periculum esset: quod sine accitæ alterius scaphæ opera collata ex vnda nunquam  
 extrahere potuissent. In ista piscium multitudine so. intererant, quos propter latitudinem immensam ta-  
 bulas mensarias vocitabant. Locus hic adeo piscosus erat, ut in littore & manibus caperentur, & hastis  
 confoderentur. F. Riuis hic dulcis aqua est, ex qua pro necessarijs vsibus potum hauriebant. Ibidem Raia  
 piscis captus est, qui cauda dempta, 4. vlnas habebat, qui vix magno labore scaphæ inferri petuit. G. Si-  
 num hunc cir. cummeans Admirans, varia semina, pisa, fabas &c. ibi seri curauit, ut eorum, qui post nos  
 istuc aliquandi adituri essent, vsibus cederent. H. Omnes pusilla Insulae sunt, in quas mare impingit, & a-  
 stuatione facta, per sæpè testudines excutit.



I  
DELIBERATIO INSULAE DO  
CENT. ALIAS MARYIVS DICTA






II.  
 QVAE AB HOLLANDIS IN  
 INSVLA MAVRITII TVM VISA TVM  
 gesta sint.



**I.** ESTVDINES grandiores sunt in sola terra degere solita, quod natate in vndis nequeant. Haec cancrorum, quos peculiari arte ingenioque interdum pedis magnitudinem aequantes captare norunt, venatu viuunt. 2. Auis est, Hollandis Walckyogel dicta, cygni magnitudine, capite crasso: quae alarum loco tres quatuorue saltem pennas enatas gestat. Corpus eius rotundum, fereque globosum est. Cauda caret, cuius loco quatuor penna crispae conspiciuntur. Haec ab Hollandis cocta, esui nonnihil insuaues occurrebant. 3. Palma est, tam grandibus folijs, ut vnum illorum viro contra pluuias tegendo sufficiat. Arbor si perterebretur, & in foramen tubulus seu canna immittatur, copiosum vinum ex illa profunditur, quod gustatum Hispanico simile est. Sed ultra binos dies asseruatum, acefcit. Id Hollandi vinum palmeum nuncuparant. 4. Auis est Rabos Forcados dicta, cuius cauda forficis similitudinem habet. Colore nigro est, pectore subalbicante, rostro promisso, piscium captu victitans. Harum auium a nobis captarum, & pro cibo mactatarum intestina, cum e nauibus in mare eijcerentur, socia earum aduolitantes prehensa illa deuorant. 5. Coruus Indicus est, duplo maior psittaco, tribus coloribus variatus. 6. Arbor syluestris est, in qua pro rei memoria Hollandiae, Zeelandiae & Amstelredami insignia defixa sunt. 7. Arbor palmites dicta est, cuius fragmentum seu portionem, litera A. designatam, excisam contra scorbutum valde salutarem & commodam deprehenderunt. 8. Vespertilio est, caput cercoptithecii emulum habens, quae aues, quoties a volatu quiescere volunt, tum magno se numero ex arbore quadam suspendunt, eo modo, quo in delineatione videre est. 9. Fabrica ferrea est. 10. Tentoria sunt, ex frondibus & folijs cōtecta, nocturnae quieti captanda extructa. 11. Locus concionū habendarum, quarum binas, vnā antemeridianam, alteram pomeridianam celebrauerunt. 12. Hoc loco vno iactu seu tractu tonnas piscium binas cum dimidia ceperunt.




IN  
OVARIA AB HOLLANDIS  
INSULA MARTINIUM VISITATA  
Gedrukt






III.  
 DECURSIONES LVDICRAE,  
 SEV LVDI TROIANI, QVO MODO A  
 Tubanis celebrentur.



**V**M Hollandi 23. Ianuar. Ann. 1599. scaphis aliquot in  
 Tubam egressi essent, omnes plateas incolis confertas vide-  
 runt: quorum quilibet insigniter & eleganter ornatus ar-  
 matusq; erat. Inter hos multi quoque nobiles, equis insiden-  
 tes discursabant, qui sub vesperam in foro confluentes, Hollandorum in-  
 gratiam decursiones equestres instituerunt, ut, quam industrie equos suos  
 regere & moderari possent, illis spectandum exhiberent: sicut fusius in hi-  
 storia hac percensita sunt.



III  
DECURSIONES IUDICIAE  
SEU IUDII THOIANI QVO MODO  
T. Thoma celsioris




Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.






IV.  
 DESCRIPTIO INSVLAE MA-  
 DVRÆ, ET QUID HOLLANDIS IBI  
 acciderit.



**H**OLLANDI, cum iuxta Insulam Maduram, à Iava maiore non longius distantem, apud ciuitatem quãdam Arosbay dictam anchoris desedissent: scapham grandem cū aliquam multis socijs in terram emisserunt, qui cum incolis amicè & familiariter tractarent. Hi tamen, quamprimum in terram egressi sunt, vniuersi captiui detenti sunt. Quare Admiranti nunciata, cum eos depacto pretio aliquo vinculis liberare vellet: Rex loci tam iniquum & insolens lytrum eos postulauit, vt vi & dolis eos commodius liberari posse arbitrarentur. Cum ergò instructis scaphis aliquot ad hoc confectum dandum contra incolas pergerent, velitati uncula aliquali commissa, re infecta discedere compulsi sunt, vel ob hoc maxime, quod tempestas aduersa oborta scaphis iã aliquod periculum minaretur. Itaq, retrò ad naues conuersis, ventis & fluctibus duæ scaphæ euersæ sunt, ex quibus 25. viri tum suffocati, tum à Barbaris obruncati sunt: Cæteris qui enauerant, intercessione cuiusdam Regnars Tubani seruatis & captiuis factis.



IV  
DESCRIPITIO INSULAE MA-  
GVAE ET QUID HOLLANDIS IBI  
accidit



OTAVIUS, comes, ad illam insulam, in qua mare non longius est, etc.  
quodam tempore, cum ibi esset, et de illa, et de illius insula, etc.  
quodam tempore, cum ibi esset, et de illa, et de illius insula, etc.  
quodam tempore, cum ibi esset, et de illa, et de illius insula, etc.  
quodam tempore, cum ibi esset, et de illa, et de illius insula, etc.  
quodam tempore, cum ibi esset, et de illa, et de illius insula, etc.  
quodam tempore, cum ibi esset, et de illa, et de illius insula, etc.  
quodam tempore, cum ibi esset, et de illa, et de illius insula, etc.





V.  
INSVLAE AMBOYNAE SITVS  
ET CONDITIO.



**I**NSVLÆ facies ex tabula patet. Ad quam cum Hollandi appulissent, de Amboyna Almirans Thalasicus, tribus nauibus, Karkollis dictis, probè armatis & instructis, in occursum ipsis processit, & qua gratia aduenirent, rogauit. Quod ab Hollandis cum rescuisset, cum tormentorum fragore, quasi ipsis gratularetur, iterum discessit. Incolarum verò Amboyna descriptio Alphabetica hæc est. A. Colonus loci est, cultrum latum manu gerens, quo operas suas in syluis conficit. B. Ciuis est, hastam vlnarum aliquot longitudine ferens, qua expeditissimus in iaculando est. C. Fœmina est, ad forum contendens, fructus venales manu sursum porrecta gestans. D. Almirans est, ministris suis comitatus: quorum vnus Tiresol seu umbraculum ei prætendit. Vestitus est tunica lata manticulata, quam plerunque in humeros reiecit: & insuper caligis sericis, Lusitanica forma sartis & paratis. E. Triremes sunt, Karkolla dictæ, quibus cursum pernitem faciunt; contuitu miræ & insolentes.



V.  
INSULAE AMBOYNAE SITVS  
ET CONDITIO.




Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





VI.  
BANDAE INSULAE DE-  
SIGNATIO.



**B**ANDA, in tres alias Insulas diuisa, ex myristicas & garyo-  
phyllos ferentibus Moluccanis omnibus praestantissima est.  
Sex vel septem oppidis celebris est, quorum Nera primaria  
est, crebris negotiationibus valde clara. In hac Hollandi do-  
mum mercatoriam ad negotiationis maiorem commoditatem impetra-  
rant. Oppida haec inter sese maximis discordijs flagrant mutuo, ita ut cre-  
bris excursionibus bellicis se proterant & conficiant. Cuius deductio lon-  
gior in historia patet.



VI  
BANDAE INSULAE DE-  
SIGNATIO



And in the other islands, especially in the  
islands of the Moluccas, the spices are  
very abundant. The most famous of these  
is the nutmeg, which is found in the  
islands of the Moluccas. The nutmeg is  
very valuable and is used in many  
ways. It is also used in medicine.  
The nutmeg is a very important  
spice and is found in many  
places. It is also used in  
many ways. It is also used  
in medicine. The nutmeg is  
a very important spice and  
is found in many places. It  
is also used in many ways.  
It is also used in medicine.





VII.  
 A NERAE INCOLIS QVOMO-  
 DO HOLLANDI EXCEPTI SINT.



**V**ICE Almirans Hollandicus cum in Neram appulisset, à  
 Gubernatore loci solenniter & humaniter exceptus, & sub  
 arborum umbram iucundioris colloquij causa abductus est.  
 A. Terræ Gubernator, vir senex. B. Regis Ternates frater.  
 C. Hollandicus vice Almirans, cui à tergo interpres astat, qui Guber-  
 natoris ei verba reddit. D. Loci nobiles sunt. E. Maris Almirans est, cum  
 ministris suis secus tentorium stans. F. Domus gubernatoris est. G. Loci  
 populus est, colloquentibus circumfusus, ad ea, quæ aguntur, audienda  
 considens. H. Hollandi sunt, qui nonnumquam tubas, Indorum magno  
 gaudio, inflant.



A. NERAE INCOLLIS OVOMG  
DO. HOLLANDI EXCEPTI SINT.



Iste Adhuc in Hollandiam cum in Normiam appellasset  
Gubernatore loci Joanniter & hinc inde propius & sub  
arborem quendam in tumulois collocauit campum adhaerentem  
H. T. in gubernatore, viri senex. B. R. est P. in testis sum.  
C. in tumulois tum. Adhuc cum in Normiam appellasset  
Gubernatore loci Joanniter & hinc inde propius & sub  
arborem quendam in tumulois collocauit campum adhaerentem  
H. T. in gubernatore, viri senex. B. R. est P. in testis sum.






VIII.  
 BANTAE INHABITATORES,  
 QVOMODO AD RES SERIAS ET MAGNAS  
 tractandas conueniant.



**B**ANTANI per sepe magna concilia cogunt, ad res varias in hostium suorum detrimentum deliberandas. Nam, ut dictum est, Banta priuatim in tres alias Insulas dirempta est, 6. vel 7. oppidis seu vrbibus insignes, quae perpetuis odijs inuicem flagent. Nam oppida haec Labbetacka, Combeer, & Wayer, contra Neram confederata sunt. Neram vicissim Lontoor cum alijs duabus Insulis Polleruyno & Poel Way adiuuat. Quoties ergo Nerani contra Labbetackam quid moliantur, tum auxiliarij omnes cum suis nauibus apud Neram conueniunt. Vbi, si deliberatione habita contra hostes suos expeditionem seu excursum decreuerunt, tum in vjs aut vicis publicis iunctim confidentibus epulum apparatus, & disci loco cuius folij Bonanas fragmentum porrigitur. In hoc panes suos, Saggio dictos deponunt. Porro autem singulis peculiaris patella foliacea, oryza cum carnis iusculo cocta, plena proponitur, quam cum tanta exultatione comedunt, vt cerebrum Iouis gustare videantur. In edendo tamen valde agrestes se praebeant. Nam integros ozae manipulos arripiunt, & ori iniiciunt. His ita sedendo coepulantibus, nobiles armati aliquot profiliunt, & variè se motando & saliendo miros pugillatus edunt, qui ad istiusmodi ludicra obeunda impulsis tympanis & peluibus excitari solent. Binis primis defatigatis, duo recentes alijs subinde succedunt, & has successiones continuant, dum conuiuij clausula sit.



BANTAE INHABITATORES  
QUOMODO AD RES SERIAS ET MAGNAS  
INSTANDAS CONVENIANT



[Faint, illegible text block, likely bleed-through from the reverse side of the page.]





IX.  
**DOMVS, NEGOTIATIONI-**  
**BVS AVT COMMERCIIIS HOLLANDORVM**  
*agitandis attributa.*



**D**OMO mercatoria Hollandis indulta, merces suas exposue-  
 runt, & lancem cum ponderibus à Sabandro acceperunt.  
 Ponderus autem illud Bantani Kalti nominant, quod pon-  
 deris nostri libras quinque cum parte quarta continet. Hic  
 incolæ suas merces ponderabant, & cum alijs Hollandorum mercibus per-  
 mutabant. Appictus est hic quoque sclauus in Banda, quo is gestu aut  
 habitu cum fructibus & vino palmeo ex syluis veniat. Fœmina vero lite-  
 ra B. designata, operaria est, in forum ferendis pro mercede fructibus &  
 rebus alijs portandis destinata seu conducta.







X.  
BANTANORVM QVORVN-  
DAM EFFIGIES.



**D**VM in Banta essent Hollandi, familiariter comprimis u-  
si sunt Turca quodam opulento, qui humilis statura & eius  
forma erat, qua hic appictus uisitur. Litera A. est. Ab hoc  
Turca, Goytyen dicto, Hollandi multas merces merca-  
bantur, qui se in omnibus benignum & humanum illis praebebat. B. nobilis  
est, per plateam cum pedissequo armato ambulans, ut respectus apud pra-  
tereuntes maioris sit. C. Faemina est, eo habitu in publicum prodiens,  
sclaua sua stipata, quae pileum arcendo soli commodum pro domina  
gestat.



UNIVERSITÄT  
DANIEL ANTON VON  
DAN EISEN



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





XI.  
 QVOMODO BANTANI PI-  
 LAM MITTERE AVT AGITARE  
 soleant.



**P**ILA lufuri Bantani, in orbem se disponunt: in quorum omnium medio alius solus con-  
 sistit. Hic pilam in sublime mittit: quæ decidua ab eo projicitur iterum, apud quem pro-  
 ximè delapsa est. Denuo delapsa rursus ab alio proximo in alium impellitur, ut hac mis-  
 tatio ad omnes pertineat. Quam omnem tamen solis pedibus, absque omni manuum  
 auxilio conficiunt. Quod si quis forsan in impellenda pedibus pila aberret, hic publico  
 risu & diludio sibilatur. Nonnulli suffilientes, quidam in orbem mira agilitate se rotan-  
 tes, nihilominus tamen aduolitantem pilam industriè excipiunt mittuntque: ita, ut hoc ludo apprimè de-  
 lectentur. Pila verò leues sunt, ex scirpis contextæ & intortæ, Sphæræ rotunditatem formamq; habentes.  
 Hic simul appicti sunt Bantani, quo habitu, quibus armis contra hostes suos pugnaturi egrediantur, al-  
 tera manu scutum, altera hastulam, in qua mittenda valde expediti & industry sunt, gerentes. Hasta ex-  
 cussa, gladijs rem aggreduuntur, quos padang vocant. His feriunt post scuta latentes, persapè miseram stra-  
 gem illis excutiendis edentes.



XI  
QVOMODO BANTANI PI-  
LAM MITTERE AVT ACITARE  
folians



Faint, illegible text or bleed-through from the reverse side of the page, appearing as ghostly lines and shapes.





XII.  
**QVO PACTO HOLLANDI**  
**A REGIS TERNATES KARKOLLIS CIN-**  
**cti seu circumdati fuerint.**



**C**ONDITION Insula Ternates, ad quam Hollandi 22. Maij An. 99. appulerunt, hæc est. A. Insula Tidore est, Lusitanorum dominio subiecta, qui Ternatarum capitales hostes sunt. B. Insula desolata, intra Ternatem & Tidorem sita. C. Riuus aquæ dulcis est, unde suis necessitatibus potum hauserunt. D. Regia Karkolla, ornatissimè ex-culta, minoribus 32. nauibus comitata, cum tanto clamore, strepituque & tympano-rum sonitu ag gressa, vt nobis vniuersis terrori fuerit. Mancipia autem, in circuitu quodam, extra naues constructo confident, remos impellentes. Remi eorum sunt excauata spatula lignea, quas expedita agilitate circa caput rotare possunt, ita, vt aqua ex latere defluat. Cum diu isto processu na-ues nostras obeundo perlustrassent, postea ad terram reuersi sunt, & naues suas in littore ex ordine iunxe-runt & disposuerunt, ceu in delineatione videre licet.

d



XII  
OVO PACTO HOLLANDI  
A REGIS TERRATES KARROLLIS  
Chilicundis luntin




Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





XIII.  
**DESCRIPITIO CIVITATIS  
 GAMMÆ LAMMÆ.**



**C**IVITAS dicta in Ternate Insula sita est. In illa Hollandisua quoque commercia agitauerunt. Domus eorum ex crassa arundine confecta aut fissa, intorta sunt. A. Hollandorum bina naues sunt. B. Karkolla est, exploratum ad illos veniens, qualesnam homines essent, qua mente appellerent. Quo cognito gaudere visi sunt. C. Karkolla bellica est. D. Palus in vnda erectus, ex quo caput hostis propendebat. E. Forum, propter solis vehementiam sub arbore agi solitum. F. Musquita seu templum. G. Palatium Regis, ex lapidibus structum. H. Ædicula, in qua tormentum positum est, quod capitaneus Franciscus Draco quondam valida tempestate concussus in mare exturbauerat. Hoc deinde à Barbaris extractum, eo collocatum est. I. Domus est, à Rege Hollandis illis, qui remanserunt, data & concessa. K. Domus est Hollandorum mercatoria. L. M. Cœnobium S. Pauli, ex lapidibus olim extractum à Lusitanis. N. Interpretis regij domus. O. Turris est, tormento munita. P. Insula intra Ternatem & Tidorem sita. Q. Insula Tidore. R. Aditus est ciuitatis, aliàs vndiquaque breuiis & scopulis interiectis inaccessa. Hoc loco deflua vnda piscatores pisces captant. S. Nauis est ludicra seu ambulatoria. T. Naues sunt, quibus iis modis, vt in historia commemoratum est, pisces captant. V. Nauis vectoria, qua merces ab vna insula in aliam transfuehunt.



XIII  
 DESCRIPTIO CIVITATIS  
 GAMMAE LAMMAE



*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*





XIV.  
 QVO HABITV AVT RITV REX  
 PER PLATEAS INCEDAT.



**R**EX Ternates, statura brevioris & crassioris est, grandi capite. Summa potentia valet: cum suae iurisdictioni non pauciores 70. Insulis subiectas habeat. Hic aliquò, praecipue autem in templum, perrecturus, ante ambulonem puerum habet, qui humeris gladium gerit, & altera manu haedum trahit. Hunc guardiani aliquot sequuntur. Post hos incedit, qui thuribulum fert: quem Rex ipse insequitur, supra cuius caput Tiresol gestatur. Hunc porrò pone insectantur alij milites praesidiarij, quibus vexillum praefertur. Hac pompa is ad rem sacram faciendam incedere solet.

d 3



XIV.  
OVO HABITV AVT RITV REX  
PER PLATEAS INCEDAT



**R**ex quatuordecim annorum & ceterorum est, grandis-  
que summa potentis orator: cum in iudicio non par-  
tior sit, sed iudicium habeat. Et aliquid precipue an-  
te in conspectu, per se habet, aut consilio non parum ha-  
bet, qui in iudicio gloriatur, et aliter non habet, sed  
guardant aliquid sapientiam. Post hoc incedit, qui in iudicio  
quomodo ex ipse respicitur, sed cum caput, et non  
potest esse in iudicio, sed in iudicio, et in iudicio  
hoc prope ad rem factum in iudicio.






XV.  
 PVGILES, ET FOEMINAE  
 MOLVCCANI.



**P**VGILES hi, qui in Moluccanis Insulis Backeleyers dicti sunt, caput plerunque galea  
 intectum habent, qua ipsa exuujs auis paradisiacæ, ut vocant, loco crista exornata est.  
 Hi velitatum congressi, vno perpetuo, sed eodem tamen subinde variato pede stant, &  
 alterum elatum habent, hunc in finem, ut si alter propius adsiliat, alter commodius  
 retro se mouere possit. Qua in pedum vicissitudine singulare spectaculum videre li-  
 cet. Nam seu prorsum seu vorsum saliant, vno id semper pede stantes faciunt. Tu-  
 nica gossypina vestiuntur, caligis aut ex eadem materia, aut serico cincti: quæ tamen ad genua latiores  
 sunt & ampliores. Astantes mulieres Moluccanae sunt, quarum capita aduersus solis ardorem gossypinis  
 tegetibus instrata sunt, variè coloratis. Vrcei, quibus aquam ferunt, sunt crassæ & magnæ canna sac-  
 charina, duas pluresue vlnas longæ: quas aquæ plenas humeris imponunt, & sic domum baiulant.



XV  
PV GILLES ET FOEMINAE  
MOLTICANI




Very faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





XVI.  
 QVALES NAVES BANTANI ET TERNATENSES HABEANT.



**H**IVSMODI trirēmibus, ab incolis Karkollis dictis, & litera A. designatis pugnatum contra hostes profecturi utuntur: quas mira celeritate promouere possunt. Nam & leuiores sunt, ex asseribus tenuibus contexta: & non, ut nostrates, picari solent: verum iunctura illarum cannabe, ex corticibus nucum Indicarum detractis, obturantur: quibus deinde calcem rebus aliis permixtam oblinunt, ut ab aqua illis nullum periculum impendeat. B. Regis Ternates Karkolla est, ex cuius lateribus utrisq; structura quaedam exeritur aquam prope contingens, supra quam mancipia seu sclauī, bini semper iuncti consistunt, & remos trahunt. In superiore nauis parte sunt, qui tympana & instrumenta alia impellunt. Sed & septem tormenta ibidem locata sunt, in quorum ambitu hasta aliquot defixa stant. In Karkolla parte postica lectulus quoque affabrefactus & regie instratus positus est, ex quo Regis arma, purpurei coloris holoserico subducta propendebant. Sponda hac pretiosa tegete instrata erat, supra quam Rex nonnumquam decumbebat, aliquando vero considebat. Ante regem perpetuo quidam stabat, qui flabello ventulum ei faciebat.



XVI  
OVALLES NAVES BANTA  
NI ET TERRA TENNES HABENT




Faint, illegible text is visible at the bottom of the page, appearing as a block of mirrored or bleed-through text from the reverse side of the leaf.





XVII.  
 QVO RITV REX DE TVBAN,  
 HOLLANDOS EXCEPERIT.



**F**IGVRA hac, qua pompa Rex de Tuban, qui Regum Moluccanorum potentiissimus est, Hollandos in litus egressos, cum suis nobilibus & ministris alijs, grandi Elephanto insidens, exceperit, designatur. Hic praterquam quod Hollandos humaniter habuisset, illis quoque Cris seu pugionem, ad principem Mauritium deferendum tradidit. Pugionis vagina cum manubrio ex auro erant. Huic hastas quoque binas mirabiles honorarias addidit. Vestitus regis erat, tunica ex holoserico nigro, cum vagis manicis. Elephante, quo portabatur, duorum virorum altitudinem habebat, qui à quodam regebatur, qui ferreum uncum baculo infixum gestabat. De hoc rege narratur in historia, quod 24. horarum spatio, armatorum aliquot millia, ad bella paratorum cogere possit. Huic obviam procedenti cum Hollandi rege dignum honorem exhibuissent, illos capite annuens humaniter accepit, & in palatium deductos, omnis suae magnificentiae & maiestatis spectatores fecit.



XVII.  
OVO RITV REX DE TVBAN  
HOLLANDOS EXCEPIT.




Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page, located in the lower half of the page.






XVIII.  
 REX HOLLANDIS PALATII  
 SUI VIDENDI COPIAM FACIT.



**H**OLLANDI, postquam à Rege patrio more excepti essent, ab eodem in palatium abducti, illius magnificentiæ spectatores admissi sunt. A. Rex est, Hollãdos ad palatium suum perlustrãdum inuitans. B. Palatium Regis. C. Locus, in quo rex cum suis consiliarijs de rebus necessarijs deliberat. D. Musquita seu templum. E. Elephantus grandis est, Diabolus magnus dictus. Hic simul & vastus & ferox est, in bellis valde industrius: in quo Rex, suos hostes oppugnaturus, sedet. F. Elephantis sunt, singuli singulis stabulis seclusi. G. Stabula sunt, equis Regijs educandis destinata, singula singulis addicta. Hæc ex cratibus consepta sunt, & supra terram nonnihil eleuata, ut stercorea transire commode possint.




XVIII  
REX HOLLANDIÆ PALATI  
SUI VIBENDI COPIAM FACIT.



Oleander, ...  
...  
...  
...  
...  
...  
...  
...  
...  
...



XIX.  
 CONCLAVIA QVAEDAM  
 IN AVLA REGIS SINGVLARIA.



**I**NTER cetera, quae in palatio regio Hollandi obseruarunt, domus quoque secreta spectabatur, armamentis regis seruandis extructa: quae cistis omnia inclusa erant, binis vel ternis sibi inuicem semper impositis. Litera horum A. est. B. Conclauis est, caueis vndiquaque plenum: in quarum quavis gallus insidebat. Hos Rex voluptatis gratia alit, vt eos deinde pugnis ludicris adhibeat. Ab hoc conclauis aliud erat, psittacis confertum: quorum singuli singulis caueis includebantur. Hi omnium nobilissimi & pulcherrimi sunt, Noyras apud illos dicti: qui tum elegantia, tum facundia & amabilitate sua in admirationem & stuporem omnes dabant. Hi C. litera designantur. D. Tectum est, sub quo venatici canes Regis religati cibantur. E. Locus, in quo, cum Rex Hollandis assedisset, Elephante eius accedens, in genua se demisit, & promuscidem in regis sinum porrexit, vsque dum fructus nonnullos à Rege acciperet. Quibus acceptis reconfurgens, ad stabulum se recepit. His omnibus animalibus instituendis & educandis sui magistri praefecti sunt. Tandem vero ex Hollandis tres in suum cubiculum rex secum abduxit, quibus lectum suum ex serico ornatissime excultum, ostendit. Lectus hic mensa lapidea instratus erat, tribus pedibus supra terram erecta, & varijs formis calata. In huius ambitu caueae frequentes dependebant, quibus turtures voluptatis causa alebantur. In lectum hunc Rex aliquantisper decubebat, & cum filiola parua, cuius bracchia aureis armillis frequentibus ornata erant, ludendo iocabatur. Id litera F. docetur.



XIX  
CONCLAVIA OVVEDAM  
IN AVA REGIS SINGULARIA




Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





XX.  
 CONIVGES ET CONCVBI-  
 NÆ REGIS TVBANI.



**M**NIVM postremo Rex Hollandis quoque conclave illud monstrabat, in quo ipsius coniuges, quarum quatuor erant, morabantur. Cum his in Hollandorum presentia multa fabulatus est. Horum nota A. litera est. B. Loca discreta & disiuncta sunt, ubi regia concubinae, numero 300. alebantur. D. Palus seu lacus est, ubi peculiare quadam aves nostratibus anatibus fere similes, sed aliquanto maiores, aluntur. Hic locus tecto superinductus erat, ut aves contra solis ardorem tutae essent.

F I N I S.



XX  
CONIVGES ET COMEVBV  
NE REGIS TVBANI



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.
































Ob 3172

4°

(418.)




f  
sb.

WAA









VORVND. MAL.

Pytyl,	Sclopetum.	
Mackan,	Cibus.	
Cartacs,	Papyrus.	
Arac,	Vinum.	
Sieleng,	Sus.	
Alomba,	Bos.	



4

ICONES  
ARTIFICIOSÆ, VE-  
RÆ ET ACCVRATÆ, PRÆ-  
CIPVARVM INSVLARVM, CIVITA-  
TVM, FLVVIORVM, POPVLORVM, ET RERVM  
cæterarum, in nauigatione ab Hollandis visarum, obseruatarum, gesta-  
rumque: Cum delineatione necessaria peregrinarum nau-  
um, auium, & barbarorum quorun-  
dam rituum.

*SINGVLIS ꝑ CONIBVS SVA SEORSIM  
explicatio & interpretatio subdita est, vt lectoris ita captui  
consuleretur.*

QVÆ OMNIA SEDVLA INDVSTRIA ET DI-  
ligentia accurata in æs incisa & edita sunt.

à  
IOHANNE THEODORICO ET IOHANNE ISRAELE DE BRY  
fratribus.



FRANCOVRTI,  
IMPRIMEBAT MATTHÆVS BECKER.  
ANNO  
M. DCI.

